Università per Stranieri di Perugia

BIBLIOTECA PALAZZO GALLENGA

PROGETTO DI CONSERVAZIONE E VALORIZZAZIONE DEI TESTI ANTICHI DEL FONDO GALLENGA STUART

info:
Paola Attanasio
Biblioteca Palazzo Gallenga
Piazza Fortebraccio, 4
06123 Perugia
paola.attanasio@unistrapg.it
tel. 075.5746704

Menzini, Benedetto

Christinae panegyricus ad Eminentissimum & Reverendissimum Principem Decium Azzolinum S.R.E. Cardinalem auctore Benedicto Menzino.

Pubblicazione: Romae : Ex Typographia Reuerendae Cam. Apostolicae, 1685
Descrizione fisica: [4] , 10, [2] p. ; fol.
Note: Bianca c. A1v. ; manca c. A8
Fregio xil. sul front.
Capilettera ornati
Dedica ms. dell'A. sul front.
Segn.: A8
Impronta: onu- i;ua s;ui s.s, (C) 1685 (R)

Di seguito alcune immagini significative del testo

Biblioteca Gallenga Stuart
PALAZZO GALLENGA - PERUGIA

Inediti o rari

N.° III

R. UNIVERSITÀ ITALIANA PER STRANIERI
Sc. XXI
Pl. 2
N. 8
FONDO
GALLENGA-STUART
SCHUNK

FONDO GALLENGA STUART SCHUNK PERUGIA

CHRISTINÆ PANEGYRICVS

AD

Eminentiſsimum, & Reuerendiſsimum

PRINCIPEM

DECIVM AZZOLINVM

S. R. E. CARDINALEM

AVCTORE

BENEDICTO MENZINO.

F. G. S.
Invent. N. 10353

ROMÆ, M. DC. LXXXV.
Ex Typographia Reuerendæ Cam. Apoſtolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.

All'Ill.mo Sig.r Vincenzio da Filicaia
l'Autore

rarò accidere ſoleat, vt claram Famam alius quidem habeat, alius mereatur; vera CHRISTINÆ virtus, ac ſolida lapis erit Lydius, quo puriſſimum aurum facilè poſſit ab adulterino internoſci. Sic illud videbor aſſequutus, vt ſtet ſcriptori ſua fides, quæ de celeberrimæ Heroinæ fulgoribus exornata ab obliuionis tenebris, quæ multos veluti inglorios obruent, iure, ac meritò vindicabitur. Tibi autem, EMINENTISSIME PRINCEPS, Poeſim hanc noſtram dicatam volo: optimus enim teſtis es, quàm non a vero, licèt panegyricum ſcriptorem in carmine agam, ipſe diſceſſerim. Ingenio præterea maximo, & futura quodammodo mentis claritate pertingens probè intelligis, quòd de CHRISTINA, Orbis ſcilicet prodigio, & præſentis æui Phœnice, quicquid ſcripſimus, quicquid mirati ſumus, vt ait Politicus ille verè Romanus, immortalitati commendatum, & traditum ſuperſtes erit. Vale interim, EMINENTISSIME DOMINE, & vt forti pectore pro Eccleſia Dei in hoſtes ire non dubitas, Inuidiæ monſtra contemnis, & nil, niſi Virtutem ipſam, præmij loco tibi propoſitum habes, ſic bonis artibus, vt quidem facis, ſtudijſque omnibus fauere ne deſine. Romæ xiv. Kal. Decembris MDCLXXXV.

CHRI-

CHRISTINÆ PANEGYRICVS.

MENTEM hominum quantâ diuini Numinis aurâ
Afflari deceat, quanto & molimine ferri,
Largius vt claris exuberet vndique factis,
Et ſe cognato deducere ſemina Cœlo
Approbet ingenio, conteſtatumque relinquat,
Exemplo, CHRISTINA, tuo præſentia ſæcla,
Et pia poſteritas veſtros mirata triumphos
Agnoſcet; nec erit magnarum obliuio rerum.
Certè ego, Romuleas poſtquam deuenimus arces
Auxilio Phœbi, & fatis melioribus acti;
Vidimus & flauas Tyberini fluminis vndas,
Quas circum ludunt arguto gutture Cicni,
Et reſonare docent florentia rura Maronem;
Vidimus & moles, atque ardua templa Deorum
Dædaleæ monumenta manus, minitantia celſis
Nubibus, & mediâ attoniti ſpectauimus Vrbe
Tot decora alta virûm, tot ductas ordine pompas,
Et quæ clara ſibi potis eſt Inſignia virtus
Congerere, externi non amplius indiga cultus;
Omnia quum meditor, veſtro, CHRISTINA, fauore
Hæc tamen aucta magis, magis & ſplendeſcere noui.
Ac veluti innumeri roſeâ de lampade Phœbi
Erumpunt radij, quibus vnda, & flabilis aer

Pel-

Agnoſſes, parili temnens incedere greſſu.
Ecce vides, paucas aris imponit ariſtas
Meſſor, & eximij pars illa eſt vltima acerui,
Placat & inde Deum: mentem nam Iuppiter æquam
Aſpicit, exiguo quamuis & munere gaudet.

FINIS.

ROMÆ, Typis Reu. Cam. Apoſtolicæ.
MDCLXXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.